

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Prelacio q
cum fontibus proximo et primo

Manipulus florum, Prelacio q:

Quidam non querunt eos

in ecclesia columnas erigere quos plus cognoscant ecclesie
prodesse,
sed quos uel ipsi amant, uel quorum sunt obsequiis deliniti,
uel pro quibus maiorum quispiam rogauerit et, ut deteriora
taceam, qui ut clerici fierent muneribus impetrarunt.

Ieronymus in quadam epistola.

Fons proximus:

Unde contra quosdam Hieronymus dicit quod
quidam non quaerunt eos

in Ecclesia columnas erigere quos plus cognoscant Ecclesiae
prodesse:
sed quos uel ipsi amant, uel quorum sunt obsequiis deliniti,
uel pro quibus maiorum quispiam rogauerit, et, ut deteriora
taceam, qui ut clerici fierent muneribus impetrarunt.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*,
185.3 (P. Caramello ed., p.809).

Fons primus:

At nunc cernimus plurimos hanc rem beneficio facere,
ut non quaerant eos
qui possunt
ecclesiae plus prodesse in ecclesiae erigere columnas,

sed quos uel ipsi amant, uel quorum sunt obsequiis deliniti,
uel pro quibus maiorum quispiam rogauerit et, ut deteriora
taceam, qui ut clerici fierent muneribus impetrarunt.

Hieronymus Stridonensis, *Commentarius in epistulam ad
Titum*, 1.5b (CCSL 77C, F. Bucchi ed., pp.13-14, ll.233-238).